



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Andreas Cretensis. 17. Octob.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

metu, terrenis frui non potest. Si vero semper tepidus fuisti. Ah? precor experire fervoris suavitatem, gustata & vide, quàm suave sit, te totum Jesu consecrare. August.

S. ANDREAS CRE-
TENSIS.

17. Octob.

Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. Pet. I. Ep c. 3.

BEllo, quod sacris Dei divorumque imaginibus barbarus Copronymi furor indixerat, multum virtus Andreae enituit, quippe qui sub eius statim initia è Creta Constantinopolim advolavit, linguâ & pectore propugnaturus pietatem. Et nimirum (clamabat ille in publico virtutis teatro) Majores nostros, qui pulchram pro patria mortem oppetierunt, stantes in saxo, in ære, in auro suspicimus; at verò qui pulchrius pro Cælo sunt mortui, nullo honore dignabimur? Tibi homini, Copronyme, aureas poni statuas & surgere cælo Colossos spectabimus, neque impune hos quisquam nostrum jam violabit? tu verò
Cæli

Coeli Imperatoris imagines, tu Imperatoris
 Matris Magnæ, tu amicorum hujus gratis e-
 versum ibis? quin etiam improbe illam ex
 animo tuo imaginem deles, quam suâ manu,
 cum te finxit, Numen depinxit? Sed quid
 ajo, dudum hanc orcus deformavit, & suis te
 coloribus pinxit. Hoc unum audi, aut fallor
 ego (imò non fallor) aut, si Terræ filius bel-
 lum porrò cœlis movere pergis, si sedibus
 suis Superos deturbare laboras, fulmen etiam
 tu senties. Erat hoc furiosum lacescere, Itaque
 flagra, taureas inclamat Tyrannus. His lace-
 rum in vincula, inde inter lapidum imbres ad
 infamem mortem raptari jubet. Sed ecce ad-
 est, qui ex itinere, amputato altero pede, di-
 vum cœlo transmittit; profuitque ad com-
 pendium viæ pedem abjecisse, *ex Surio & Menais.*

MEDITATIO.

De triplici imaginum genere.

1. **C**olere debes tibi præpositos & alios, quoscun-
 que cultui divino consecratos tanquam imagi-
 nes Jesu Christi; observat Deus, quidquid benè vel
 secùs adversùs eos feceris. Si quid benè præmium, si
 quid malè, supplicium dabit. Quo honore habes tuos
 Prælatos? quomodo ipsis obtemperas? ne confide-
 res in eis dotes, aut vitia; sed sufficiat tibi, eos esse
 Dei Vicarios.

R s

2. Hono-

2. Honora Reges, Principes, Judices, Magistratus, omnes deniq; qui legitimã in te habent auctoritatem; quoniam hæc auctoritas à Deo est. Eos Deo commenda; plurimùm laborant illi, ut leges vigeant, utque populi pace & ubertate fruantur. Quam ob rem illis debes fidem, honorem, obsequium. Christus ipse obedivit hominibus; an es Christo major? *Erubescet superbe cinis Deus se subdit hominibus, tu dominari gestiens, tuos te preponis auctori.* Bern.

3. In sacris ac privatis ædibus sanctos venerare, ut pote, qui absolutissima sint exemplaria Jesu Christi: habe coram images. Sed præcipuo cultu honora sanctum, cujus nomen habes; Ad hæc elige tibi patronum, quem singulariter colas, in voceque confidenter omnibus in necessitatibus Exemplo sanctorum exue veterem hominem, ut novum induas. *Abiecta huius sæculi figurã, formam tuam, in formam tui reduc Salvatoris.* Chrylost.

S. LUCAS Evangelista.

18. Octobr.

*Non vos me elegistis: sed ego elegi vos,
& posui vos, ut eatis, & fructum
afferatis.* Christus Ioan. c. 16.

Lucam nobis Antiochia Syriæ peperit, educasse verò ipsæ in sinu Musæ videntur. Nam literis & Ægyptiis & Græcis omnibus

excult-